

pacto propositū *γένηται* sit persoluendū.  
Quærebatur enim, An remediū simplex  
in diuersas partes distrahi possit eas,  
quarum singulæ proprijs sint facultati-  
bus communitæ. Vidimus ergo, si id sit *Generalis conclusio omnium, de resoluenda simpli cibus medicamentis.*  
remediū, quod vna sola forma, vel ani-  
mæ viuentis, vel harmoniæ cōponentis  
regatur, nequaquam saluis facultatibus in  
vllas partes consumptū iri. Sin alio pa-  
cto, vt totum quid est, nō simplex, sed ex  
diuersis cōbinatum, iam vel dissimilare,  
vel similare futurū. Dissimilare quidem,  
ex diuersis reuera partibus, & sensus &  
rationis iudicio cōpositum, in easdem  
quoq; incolumib. facultatib. resolui. Si-  
milare demū, vel reuera tale esse, vel sen-  
sib. solūm videri. Si hoc, quod frequen-  
tius, ex Galeni quoq; sentētia euenit, e-  
andē illius cum dissimilari rationē fu-  
turā: sin illud, vt reuera sit medicamen-  
tū simplex, nec aliam nōrit, prēter vnius-  
modi naturā simplicem, tum in partes  
quidē degenerare proprijs facultatib.  
exornatas: non naturales tamen, sed ar-  
tificiales: quæ non actu inhæreant & se-  
parentur, sed potētia cùm insint, gene-  
rentur & fiant. Iam ad alterā quæstionē.

CA-